Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue] exteriores fraude nauigantium ...

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Stulte auditionis strapha

urn:nbn:de:bsz:31-294548

Visual Library

phi/vt diuinus ille plato admirabilem cœlis cōcen- Plato.
tū ineſſe: ſingulisq̧ ſpheris ſingulas ſirenas preeſſe:
corporisq̧ atq̧ aīe cōpagem nō ſine muſicis nume-
rationibus ac modulis conſtitutā dixerit Quinetiā
modulationē a crepitu muſicoꝝ inſtrumētoꝝ: egro
malisq̧ ſpiritibus obſeſſo mederi legimus anīo. De
qua re Aulus gelius li. iiij. ca. xiij. ſic ſcriptū reliquit Aulus gel.
Creditū hoc a plerisq̧ eſt & memorie mandatum:
iſchiaci cū maxime doleāt: tū & modulis lenibus ti
bicen incinat minui dolores. Ego nuprime in li. the theophra-
ophraſti ſcriptū inueni viperarū morſibus tibicinē ſti.
ſcite modulateq̧ adhibitū mederi. Refert & Demo Democri-
criti liber q̄ inſcribit̄ de peſtibus aut rationaliū regſa: tus.
plurimis hominū morbis medicinā fuiſſe incentio-
nes tibiaꝝ. Tāta prorſus eſt affinitas corporibus ho
minū mētibusq̧: & ꝑpterea quoq̧ vicijs aut mede
lis animoꝝ & corpoꝝ. Hec ille. Ad q̄ addere poſſu-
mus illud. i. Reg. xvi. Quādocūq̧ ſpūs dn̄i malus Regum.
arripiebat Saul: Dauid tollebat citharam: & ꝑcutie
bat manu ſua: & refocillabat̄ ſaul & leuius habebat
Recedebat em̄ ab eo ſpūs malus. ꝑpter huiuſmodi
incredibilem moduloꝝ in anīos audientiū penetra
tionē datus eſt locus pluribus fabulis multisq̧ hiſto
rijs. Orpheus em̄ in multis poetaꝝ locis & ſiluas & Orpheus.
feras ad ſe traxiſſe & flumina ne fluant continuiſſe:
Plutonē vt cōiugem reddat: om̄esq̧ pœnas inferoꝝ
intermittat thraicia fretus cithara fidibusq̧ canoris Horatius.
dicit̄. Quā rē Horatius ad hiſtoriā referens dicit de
arte poetica. Silueſtres hoīes ſacer interpresq̧ deoꝝ
Cedibus & victu fœdo deterruit orpheus. Dictus
ob hoc lenire tigres rabidosq̧ leones. Item amphiō Amphion
dicit̄ ſonitu lyre cōuocaſſe lapides ad cōſtructionē
muroꝝ thebanoꝝ: qđ fictū eſt quia duros hoīes:

ad eorꝫ conſtructionē: & ciuilem cōcordiā cōpulit:
vñ ſequit̃ ibidem. Dictus & amphion: thebane con
ditor vrbis: Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece
blanda. Ducere q̄ vellet. &c̄. Arion aūt dicit̃ vectus
dorſo delphini modulatione eius capti. de q̄ Aulus
gel'. li. xvi. ca. xix. Celeri ad modū & cohibili oratio
ne vocūqꝫ filo tereti & cādido fabulā ſcripſit herodo
tus ſup̱ fidicine illo arione. Vetus inq̄t & nobilis ari
on cantator fidibus fuit. Is loco & oppido methym⸗
neus: terra atqꝫ inſula om̄i leſbius fuit. Eum arionē
rex corinthi periander amicū amatūqꝫ habuit artis
gratia. Is inde a rege ꝓficiſcit̃ vt terras inclytas Sicili
am atqꝫ Italiam viſeret. vbi eo venit aures oīm men
teſqꝫ in vtriuſqꝫ terrę vrbibus demulſit. In queſtib⁹
iſtic & voluptatibus amoribuſqꝫ hoīm fuit. Is tamē
poſtea grādi pecunia & re bona multa copioſus co
rinthū inſtituit redire. Nauē igit̃ & nautas: vt noti⸗
ores amicioreſqꝫ ſibi corinthios delegit. Sed eo corī
thios hoīe accepto: nauiqꝫ in altū ꝓiecta: prede pe⸗
cunięqꝫ cupidos cępiſſe conſiliū de necādo Arione
Tū illum ibi p̱nicie intellecta: pecuniā cęteraqꝫ ſua
vt haberēt: dediſſe: vitā modo vt parcerent ſibi: ora
uiſſe. Nautas precū eius harꝫ cōmiſeritū eſſe illate⸗
nus: vt ei necē afferre p̱ vim ſuis manibus nō tenta⸗
rēt: ſed imperauiſſe: vt iam ſtatim corā deſiliret prę⸗
ceps in mare. Homo inquit ibi territus: ſpe omni vi
tę p̱dita: id vnū poſtea orauit: vt priuſqꝫ mortē op⸗
peteret induere permitterēt ſua ſibi indumēta: & fi
des capere: & canere carmē caſus illius ſibi cōſolabi
le. Feros & immanes nauitas ꝓlubium tū audiendi
ſubit: qđ orauerat impetrat. Atqꝫ ibi mox de more
cinctus: amictus: ornatus: ſtanſqꝫ in ſummę puppis
foro: carmē qđ orthriū dicit̃ voce ſublatiſſima cāta

Aulus gel'

Arionis hiſtoria

uit. Ad poſtrema cãtus: cũ fidibus ornatuq; omĩ ſi=
cut ſtabat canebatq; eiecit ſeſe ꝓcul in ꝓfundũ. nau
tę haud quaq; dubitãtes qn periſſet: curſum quẽ fa=
cere cœperãt tenuerũt. Sed nouũ & miꝝ & piũ faci
nus cõtigit: delphinũ repẽte inter vndas adnauiſſe:
& dorſo ſup fluctus edito vectauiſſe: incolumiq; eũ
corpe & ornatu: tęnaꝝ in terrã laconicã deuexiſſe.
Tũ arionẽ ꝓrſus ex eo loco corinthũ petiuiſſe: talẽ
q; Periandro regi: q̃lis delphino vectus fuerat; ſeſe
obtuliſſe; eiq; rem ſicuti acciderat narrauiſſe. Regẽ
iſtec paꝝ crediidiſſe: arionẽ q̃ſi falleret cuſtodiri iuſſi
ſſe Nautas req̃ſitos: ablegato arione diſſimulãter in
terrogaſſe: ecquid audiſſent in is locis vñ veniſſent/
ſup arione: Eos dixiſſe: hoĩem quũ iñ irent in terra
italia fuiſſe: eũq; illic bñ agitare: & ſtudijs delectati=
onibuſq; vrbiũ florere: atq; in gratia pecuniaq; ma=
gna fortunatũ eſſe. Tũ inter hęc eoꝝ v̄ba arionẽ cũ
fidibus & indumẽtis cũ q̄bus ſe in ſalũ eiaculauerat
extitiſſe. Nautas ſtupefactos cõuictoſq; ire inficias
non quiſce. Eam fabulã dicere leſbios & corinthios
atq; eſſe fabulę argumentũ: q; ſimulachra duo ęnea
ad tenaꝝ viſerent. delphinus vehens: & homo inſi
dẽs: hęc iteꝝ ille. Mira ergo cantatiõis vehemẽtia:
qđ oĩm ingenioꝝ (vt Plinius dicit) fons Homerus Plinius
bis ſignificauit vbi prudentẽ viꝝ quẽ nobis ꝑ vlixẽ
ſignificat ſocioꝝ aures cera obturaſſe dicit: vt ſurda
aure ſyrenũ cantus tranſeant: quę dulcedine cantus
prętereuntes in ſoporem trahebant: & ſopitos ſub=
mergebãt. Id aũt ſignificauit Odiſſeę libro. xij. vbi Odiſſeę.
eius verba ſic tranſlata cõperi. Sunt aũt ipſius vlixis
ita de cyrce ſolis filia loquẽtis. Ipſa nãq; primũ diui
naꝝ ſirenũ vocẽ: & floriferꝝ eaꝝ pratũ nobis euitan
dũ p̃cipit: ſoli mihi vt eã audiã concedit; ſed vos me

arcte ad malū funibus ligabitis: ꝙ ſi forte vt me ſol-
uatis iuſſero: tū vos pluribus & arctioribus me vin
culis implicetis. hoc ego pacto ſingl'a ſocios admo-
nebā. Interea nauis cito curſu ſirenum inſulę ꝓpin-
quauit: ſtatim cęſſauit: & placida trāquillitate deus
vndas ſtrauit. At ſocij collectis in naui velis: remis
ordine diſpoſitis mare ſulcabāt. Hic ego magno cę
re orbe in ꝑtes cōfecto: & nauibus & vi ſolis ꝙ̄ pri-
mū mollito: ordine oīm aures obſtruxi illi me viciſ
ſim manibus pedibuſq; ad malū colligarūt. Dū ꝟo
tantū ab inſula abeſſemus quantū leni remoꝝ pul-
ſu vox exaudiri poſſet: minime eas e ꝓpinquo naui
gantes latuimus: ſed ſtatim cātare ꝑ quā ſuauiter or
ſę ſunt. huc ades inclyte vlixe: magna achiuoꝝ glo
ria: hic nauē ſiſte vt noſtrā vocē audias. Nemo em̄
vnq̄ hac iter fęcit: qui noſtri cātus ſuauitate demul
cereť: qua oblectatus & plura doctus a nobis dimit
tiť. Haud enim nos fugit: quid apud magnā troiam
gręci ſimul & troiani deoꝝ voluntate geſſerūt. Sci-
mus p̄terea quicquid in alma terra agiť. Sic ſuauiſſi
ma voce canētibus: ego audiendi cupidus ſocijs vt
me ſoluerēt: ſupcilijs annuēs iubebā. At perimedes
& eurylochus ab remis q̄bus incumbebāt ꝓperan-
tes: plurimis me vinculis implicuerūt: ita tanto per
curſo ſpacio: vt non amplius eaꝝ voces audirenť: a
mota a ſocioꝝ auribus cęra ipſi me ſoluerūt &c̄. Si
Seruius renes aūt ſecundū fabulas vt inquit Seruius: tres in
ꝑte virgines fuerūt: in ꝑte volucres acheloi & callio
pes muſę filię: haꝝ vna voce: altera tibijs: alia lyra
canebat. Et primo iuxta peloꝝ poſt in capreis habi
tauerūt: quæ illectos ſuo catnu in naufragia deduce
bāt. Secundū veritatē meretrices fuerūt: q̄ trāſeun-
tes quoniā deducebāt ad egeſtatē: his ficte ſunt in-

ferre naufragia: has vlyxes contēnendo deduxit ad mortē. Hęc ſeruius de cantu ſirenū ſic ait Virgilius. Virgilius.

Sirenes varios cantus acheloia proles
  Et ſolis miros ore ciere modos
Illarum voces: illarum muſa monebat
  Omnia quę thymele carmina dulcis amat
Quod tuba: quod litui: qđ cornua rauca fuerūt
  Quodq̨ foraminibus tibia mille ſonat
Quodq̨ leues calami quod ſuauis cantat & edon.
  Quod lira: quod cytharę: qđ moribūdus holor
Illectos nautas dulci modulamine vocis
  Mergebant auide fluctibus ionijs
Sanguine ſiſiphio genitus ſe magnus vlixes
  Et tutos ſolida pręſtitit arte ſuos:
Illeuit cera ſociorum callidus aures:
  Atq̨ ſuas vinclis prębuit ipſa manus.
Tranſiliuit ſcopulos & inhoſpita littora claſſis
  Ille pręcipites diſſiluere freto.
Sic blandas vocis notas: ſic carmina vicit
  Sic tandem exitio monſtra canora dedit.

& cetera. Harꝝ noīa qdam ponūt. Parthenopē leucoſiam & lygiam. A parthenope nomē ſumpſit ea ciuitas q̄ nūc ſicut ab auguſto vocata eſt neapolis. i. noua ciuitas appellata. Niſi ſatis prolixus iā eſſem: dicerē de vi incātationū quibus quid circę: quid medea valuiſſe dicunt: longū eſſet enarrare. qui nadeo vt in Buccolico dicit Carmina vel cęlo poſſunt deducere lunā. Ne quis tñ omnino poeticū putet nec magos ęgiptios norit: aut q̄ apoſtolorꝝ temporibus viguerunt: aut quibus in lege romanorꝝ ꝓhibet ne fruges in alienū agrū pelliceāt: notū certe omnibus eſt. quia (qđ maro quoq̨ dicit) cātando rūpitur anguis. Cātando dicit. i. dū incantat. Ideoq̨ dictū eſt a

Neapolis. In Buccol. Maro.

Stulte auditionis ſcapha.

Saluator ſaluatore/Eſtote prudentes vt ſerpẽtes.fert̃ em̃ ſer=
pens dũ incantatorẽ ſentit: Alterã aurem terræ affi=
gere:alterã cauda obſtruere. Quotiens p̃terea ſire
nes.i.veneris incitamenta nos blandicijs incitãt: de
bemus ad malum crucis alligari & ad eum aures cõ
uertere:qui ꝑ nobis dicit ſitio.Et qui (vt apoſtolus
Apl̃us. ad hebreos ca.v.dicit)in diẽbus carnis ſuę p̃ces ſup
plicationeſqꝫ ad eum q̇ poſſit illum ſaluum facere a
morte:cũ clamore valido & lachrymis offerẽs exau
ditus eſt ꝑ ſua reuerẽtia.Cęterũ quia pauci q̃ ad ſa=
lutẽ faciũt libenter audiunt: Contraqꝫ multi q̃ ad ꝑ=
ditionem: infinitus quoqꝫ eſt huiuſmodi ſtultoꝝ nu
Duo genera ſtultoꝝ. merus: quoꝝ duo quoqꝫ ſunt genera/Alteꝝ eoꝝ q̇
aut illicita aut licita illicite audiunt: Alteꝝ eoꝝ qui
qđ audire debeãt aut negligunt aut contẽnunt. Ne
qꝫ minus inſaniũt q̇ nõ audienda dicũt: aut vt dicant
ſcribunt. In vtroqꝫ genere ſunt prothoplaſti: qui ſa=
lutiferã dñi vocem audire nolentes peſtifera ſerpen=
tis ſibila audiuere. In vtroqꝫ p̃terea aut ſaltem altero
ſunt omnes q̇ verba carnalia: ſcurrilia q̇ ſcommata.
Dicteria: detractiões & blaſphemias: mendacia. piu
ria & huiuſmodi alia aut ꝓferũt aut libenter audiũt
Innumeri aũt ſunt q̇ muſicis inſtrumẽtis: aut vocis
lenocinio aut amatorijs canticis in ſcaphã ſtultorũ
ſtultarũqꝫ peruecti ad inferna deducti ſunt: quam vt
vitemus: audiamus nauarchæ celeuſma

¶ Celeuſma auditionis ſtultę ad audi=
tus oblectamenta mortales inuitantis.

q Vatenus aonios modulos fugietis amuſi

Surdiduliqꝫ viri: